Ordonnance

Qui fixe le cours, et la valeur des Espèces tant du Dauphiné, qu'Etrangères; Et qui deffend sous certaines peines le Transport du Billon d'or, et d'argent en pays Etrangers.

Du 20. fevrier 1343.

Humbertus &c. fidelibus nostris Ballivo, et judici Viennesii, vel eorum loca tenentibus, salutem. Vobis, et cuilibet vestrum praecipimus quatenus in continenti in Singulis Castellaniis dictae Bailliviae praeconisari publicè, et observari firmiter faciatis, quod nulla quavis Persona extrahat, vel transferat de Dalphinatu nostro Billonum sub pœna centum marcharum argenti fini, et amissionis ipsius billoni, quem deferet, cujus quarta pars sit illius qui illum deportantem capi faceret, vel arrestari; alia verò quarta pars sit illius officiarii nostri qui detinuerit, et medietas vna, cum pœna commissa nobis, et Curiae nostrae applicetur, et quod omnes quicumque sint, officiarii nostri, assistant fideliter, et

toto posse suo cuicumque denuncianti, vel prosequenti supradicta, quodque nullæ quæcumque aliæ monetæ præter quàm nostræ, et illa Dom. nostri Papæ, Dom. francorum Regis preco quod æstimabuntur, et Dom. Regis Siciliæ, videlicet Parpaillola alba pro quindecim denariis, et Patatus niger pro tribus denariis ponantur, vel cursum habeant per terram nostram; sub pœnâ viginti quinque librarum committendâ à tradentibus, et recipientibus, et contrahentibus aliter quoquomodo; florenus verò Dalphinalis cursum habeat, et ponatur, et recipiatur pro viginti quatuor solidis monetæ nostræ novæ ulteriùs cudendæ, et florenus auri de florentiâ pro viginti quinque solidis, ac unusquisque recipere, et tradere debeat credita, et debita sua, juxtà modum prædictum sub eâdem pœnâ, cujus pœnæ tertia pars sit denuncianti curiæ, et residuum nostræ curiæ applicetur: nullus verò notarius sub eâdem pœnâ instrumentum recipiat de contractibus faciendis nisi ad nostram monetam, et Garda major, et Magistri monetarum posse habeant ponendi, et ordinandi Custodes

per Patriam nostram, ubi expedire viderint,
ne Billonum extrahatur de terrâ nostrâ. Item,
quod quilibet Campsor, vel Cambiator terræ
nostræ juret in manu Castellani nostri, cui
suberit, quod nullum Billonum portabit,
nec mittet nisi ad monetas nostras, et quod
quilibet mercator, et Cambiator apportando
Billonum ad monetas nostras, ire, et redire
possit salvè, et securé, absque præstatione
pedagii, et cujusvis alterius tributi, et Capia-
-tur, et pro natur Dozenus monetæ nostræ albæ
ulterius cudendæ pro dimidio Grosso, Patatus
niger pro tribus Denariis; Denarius niger pro
uno Denario, et obolus pro obolo monetæ
prædictæ, computando florenum, et Grossum
juxtâ modum superius declaratum, sessuni
autém monetæ nostræ debilis factæ temporibus
retroactis ponantur, et recipiantur pro
duobus Denariis cum pitta hujusmodi monetæ
nostræ novæ cudendæ: Datum in Villanova
ideo, in Villa nova Sancti andreæ propè
avinionem die 23. februarii anno nativitatis
Domini 1349. /.